



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXV. De adoratione Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

ARTICVLVS IIIII.

Vtrum predestinatio Christi sit causa nostra predestinationis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod predestinatio Christi non sit causa nostre predestinationis: aeternum enim non habet causam: sed predestinatio nostra est aeterna ergo predestinatio Christi non est causa nostra predestinationis.

Præterea. Illud, quod dependet ex simplici Dei voluntate, non habet aliam causam nisi Dei voluntatem: sed predestinatio nostra ex simplici voluntate Dei dependet. dicitur enim Ephes. primo. Predestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. ergo predestinatio Christi non est causa nostra predestinationis.

Præterea. Remota causa, remouetur effectus: sed remota predestinatione Christi, non remouetur nostra predestinatio: quia etiam si filius Dei non incarnaretur, erat alius modus possibilis nostre salutis, ut Augustinus dicit in lib. de Trinit. * Predestinatio ergo Christi non est causa nostre predestinationis.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephes. primo. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.

RESPON. Dicendum, quod si consideretur predestinatio secundum ipsum predestinationis actum, predestinatio Christi non est causa nostre predestinationis, cum uno & eodem actu Deus prædestinauerit ipsum & nos; si autem consideretur predestinatio secundum terminum predestinationis, sic predestinatio Christi est causa nostre predestinationis. Sic enim Deus præordinauit nostram salutem, ab æterno prædestinando, ut per Iesum Christum completeretur. Sub predestinatione enim æternam non solum cadit id, quod est sciendum in tempore, sed etiam modus & ordo, secundum quem est complendum in tempore.

AD PRIMVM ergo & secundum dicendum, quod rationes illæ procedunt de predestinatione secundum predestinantis actum.

AD TERTIVM dicendum, quod si Christus non fuisset incarnandus, Deus præordinasset homines saluari per aliam causam: sed quia præordinauit incarnationem Christi, simul cum hoc præordinauit, ut esset nostre salutis causa.

QVAESTIO XXV.

De adoratione Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quæ pertinent ad Christum in comparatione ad nos. Et primo de adoratione Christi, quæ nos cum adoramus. secundo, de hoc, quod est Mediator noster ad Deum.

ET CIRCA primum quaruntur sex.

Primo, Vtrum una & eadem

adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.

Secundo, Vtrum caro Christi sit adoranda adoratione latricæ.

Tertio, Vtrum adoratio latricæ sit exhibenda imagini Christi.

Quarto, Vtrum sit exhibenda cruci Christi.

Quinto, Vtrum sit exhibenda matri eius.

Sexto, De adoratione reliquiarum sanctorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum una & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non eadem adoratione adoranda sit humanitas Christi, & eius diuinitas. Diuinitas enim Christi est adoranda, quia est communis Patri & Filio. unde dicitur Ioa. 5. Omnes honorificent filium, sicut honorificauit Patrem: sed humanitas Christi non est communis ei & patri. ergo non eadem adoratione adoranda est humanitas Christi & eius diuinitas.

Præterea. Honor est proprie premium uirtutis, ut Philosoph. dicit in quarto Ethicorum: meretur autem uirtus suum premium per actum. Cum igitur in Christo sit alia operatio diuinæ & humanæ naturæ (ut supra habitum est) uidetur quod alio honore sit ueneranda humanitas Christi, & alio diuinitas.

Præterea. Anima Christi si non esset uerbo unita, esset ueneranda propter excellentiam sapientiæ & gratiæ, quam habet: sed nihil dignitatis est ei subtractum per hoc, quod est unita uerbo. ergo natura humana in Christo est quedam propria adoratione ueneranda præter uenerationem, quæ exhibetur diuinitati ipsius.

SED CONTRA est, quod in capitulis quintæ Synodi sic legitur. †

Si quis duabus naturis adorari dicit Christum (ex quo due adorationes introducuntur) sed non una adoratione Deum. Verbum incarnatum cum propria ipsius carne adoratur, sicut ab initio Dei Ecclesiæ traditum est, talis anathema sit.

RESPON. Dicendum, quod in eo qui honoratur, duo possumus considerare, scilicet eum cui honor exhibetur, & causam honoris.

di, quod in litera asseritur, tractaturque hæc materia in tertio sentent. 9.

In corpore articuli duo fiunt. primo distinguuntur termini, deinde respondetur quæsitio.

Distinguitur ergo primo id quod honoratur, secundum unitas uel pluralitas honoris. Distinguantur igitur in honorato res honorata, & causa honoris, & dicitur, quod res honorata est tantum persona seu totum subsistens, & probatur excludendo partes, ex usu loquendi, quia non dicimus manum honorari.

Et quia hoc ut par calumniam, respondetur obiectioni, quod partes quandoque dicuntur honorari, non secundum se, sed ut totum honoretur. Et declaratur a simili, in ueste nuntio, &c.

Ubi habes aliam distinctionem honorati, scilicet secundum se, uel secundum aliud in se. Totum enim honoratur secundum se, pars autem imago, & nuntius, secundum aliud, hoc est totum in se parte, representatur in se imago, mittentem in se nuntio.

Causa autem honoris est id, unde habet honoratus excellentiam.

Probat, quia honor est reuerentia exhibitæ alicui propter sui excellentiam. Unitas uero & pluralitas honoris distinguitur, quod potest attendi uel secundum causam honoris, uel secundum terminum per se proprium adorationis.

Et propterea si contingit in uno eodem homine inueniri diuersas causas honoris, erit illius honor unus & multiplex. Vnus, ex parte personæ quæ terminus est multiplex, ex parte causæ multiplicis, ut patet de uno homine honorato, & propter scientiam, & propter uirtutem moralem seu theologalem.

Conclusio responsionis quæsitio est. Adoratio Christi est una ex parte

Inf. 1. art. 3. c. 2. & ad 1. & 3. dist. 9. q. 1. ar. 2. q. 1. & dist. 19. art. 4. & ueri. q. 19. ar. 4. ad 4.

c. 2. to. 5.

q. 19. ar. 1.

In concil. 2. Constantino. q. 1. c. 1. gene. rale cano. 9.

Super quæst. uiginti materia articulum quartum.

Intelus clarus, ut iacet.

In corpore est unitas distinctio cum duplici conclusione: scilicet in precedenti articulo, & quia similiter clara sunt, pertractantur.

destinatio Christi non est causa nostre predestinationis.

Præterea. Illud, quod dependet ex simplici Dei voluntate, non habet aliam causam nisi Dei voluntatem: sed predestinatio nostra ex simplici voluntate Dei dependet. dicitur enim Ephes. primo. Predestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. ergo predestinatio Christi non est causa nostra predestinationis.

Præterea. Remota causa, remouetur effectus: sed remota predestinatione Christi, non remouetur nostra predestinatio: quia etiam si filius Dei non incarnaretur, erat alius modus possibilis nostre salutis, ut Augustinus dicit in lib. de Trinit. * Predestinatio ergo Christi non est causa nostre predestinationis.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephes. primo. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.

RESPON. Dicendum, quod si consideretur predestinatio secundum ipsum predestinationis actum, predestinatio Christi non est causa nostre predestinationis, cum uno & eodem actu Deus prædestinauerit ipsum & nos; si autem consideretur predestinatio secundum terminum predestinationis, sic predestinatio Christi est causa nostre predestinationis. Sic enim Deus præordinauit nostram salutem, ab æterno prædestinando, ut per Iesum Christum completeretur. Sub predestinatione enim æternam non solum cadit id, quod est sciendum in tempore, sed etiam modus & ordo, secundum quem est complendum in tempore.

AD PRIMVM ergo & secundum dicendum, quod rationes illæ procedunt de predestinatione secundum predestinantis actum.

AD TERTIVM dicendum, quod si Christus non fuisset incarnandus, Deus præordinasset homines saluari per aliam causam: sed quia præordinauit incarnationem Christi, simul cum hoc præordinauit, ut esset nostre salutis causa.

Super questionibus uiginti materia articulum primum.

Intelus non de qualitate, sed de identitate uel diuersitate adorationis querit, an scilicet una eademque adoratio (qualis cumque sit illa) terminetur ad Christi humanitatem, quæ ad illius terminatur diuinitatem. Et est ratio dubii huius, uel Ecclesiæ & decretum quintæ Syno-

ex parte personę adorata; & est plures ex parte causę, diuinę scilicet uel humane.

Probatur primo conclusio quod ad primam partem, quia in Christo una tantum est hypostasis. Quod ad secundam, quia alia ratio honoris est sapientia diuina, alia sapientia humana.

Deinde probatur ex opposito: quia scilicet si essent plures hypostases in Christo, adoratio eius non esset una, etiam ex parte adorati, sed totaliter adoratio Christi non esset una, sed diuersa, & hoc est damnatum in synodis, &c.

¶ Circa primam distinctionem nota cautiſſime quod honorari, ut causam honoris, non est honorari simpliciter, sed cum tali determinatione, ita quod ly ut causa honoris, est conditio diminuens honoratum, ita quod non ualet argumentum, Sapientia honoratur ut causa honoris, ergo honoratur.

Et hoc proprie loquendo: quia honorari non est nisi terminantis passiuę actum honorandi: non terminat autem honoris actum, nisi persona, cui exhibetur honor.

¶ Et hinc oritur, quod Christo debetur simpliciter una adoratio, & quod humanitas eius, ut abstrahit, ab hypostasi, est inadorabilis, sicut ceterę causę adorandi inadorabiles sunt, proprie loquendo.

Quia tamen inuenitur quandoque dictum de huiusmodi, quod honorantur uel adorantur, ideo non faciendo uim in uocabulis, loquere, ut plures loquuntur, & intellige quod ideo ecclesia Christo unica adoratione adoratur, ideo non dicendo ei, Miserere nobis, & non dicendo ei, Miserere, & intercede, quia ad unitatem personę respicit.

Et hinc Synodi anathema processit contra adorantes Christum de tribus adorationibus, proprie enim locuti sunt de honorato seu adorato.

¶ Rurſus, circa eandem distinctionem nota, quod causa honoris dicitur id, quo persona excellit.

Hoc autem inuenitur dupliciter, uel per modum formę, ut sapientia, uirtus, status, uel per modum operationis, ut creare, gubernare, uincere, docere, misereri, &c. Trumque enim est, unde quis excellit, excellunt enim homines non solum sapientia, potentia, uirtute dignitate, sed etiam quia uicerunt, quia docuerunt, quia ordinarunt, &c.

Et utrumque in litera hac habes, primum in corpore, secundum in responsione ad secundum.

¶ Circa distinctionem alteram ex litera sumptam de modo duplici, quo res adorata adoratur, (uel secundum se, uel secundum aliud in se) aduerte primo ex litera illam haberi, dum dicitur de partibus, quod non secundum se honorantur: sed totum in illis honoratur. Et subditur per quem modum potest ali-

Proprie autem honor exhibetur toti rei subsistenti, non enim dicitur manus hominis honorari sed quod homo honoratur.

Et si quandoque contingat, quod dicatur honorari manus uel per alicuius, hoc non dicitur ea ratione, quod huiusmodi partes secundum se honorantur: sed quia in istis partibus honoratur totum, per quem etiam modum aliquis homo potest honorari in aliquo exteriori: puta in ueste, aut in imagine, aut in nuntio.

Causa autem honoris est id, ex quo ille qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor est reuerentia alicui exhibita propter sui excellentiam, ut in secunda parte dictum est.

Et ideo, si in uno homine sunt plures causę honoris (puta per ratio, scientia & uirtus) erit quidem illius hominis unus honor ex parte eius, qui honoratur, plures tamen secundum causas honoris: homo enim est qui honoratur, & propter scientiam & propter uirtutem.

Sic ergo, cum in Christo sit tantum una persona diuinę & humane nature, & etiam una hypostasis & unum suppositum, est quidem eius una adoratio, & unus honor ex parte eius, qui adoratur: sed ex parte causę qua honoratur, possunt dici esse plures adorationes, ut scilicet alio honore honorari propter sapientiam increatam, & alio propter sapientiam creatam.

Si autem ponerentur in Christo plures personę seu hypostases, sequeretur quod simpliciter essent plures adorationes: Et hoc est quod in Synodis reprobatum. Dicitur enim

quis honorari in exteriori, puta ueste, imagine uel nuntio. His enim clara habetur dicta distinctio, dum totum secundum se honoratur, & quando partes honorantur, totum honoratur in partibus. Hoc enim est partem honorari, secundum quod totum est in parte. Et similiter uotis honoratur, secundum quod persona est sub illa: imago quoque uene

in capitulis Cyrilli, si quis audeat dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo uerbo, quasi alterum alteri, & non potius una adoratione honorificat Emanuelem, secundum quod factum est caro uerbum, anathematit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in Trinitate sunt tres, qui honorantur, sed est una causa honoris: in mysterio autem incarnationis est econuerso. Et ideo alio modo est unus honor Trinitatis, & alio modo est unus honor Christi.

AD SECUNDVM dicendum, quod operatio non est, quę honoratur, sed est ratio honoris. Et ideo per hoc, quod in Christo sunt due operationes, non ostenditur, quod sint due adorationes, sed quod sint due adorationis causę.

AD TERTIVM dicendum, quod anima Christi, si non esset unita Dei uerbo, esset id, quod est principalissimum in homine illo: & ideo sibi precipue deberetur honor: quia homo est id, quod est potissimum in eo: sed quia anima Christi est unita personę digniori, illi personę precipue debetur honor, cui anima Christi unitur. Nec per hoc tamen diminuitur dignitas anime Christi, sed augetur, ut etiam supra dictum est:

secunda autem ponit extrinsecam hęc non terminare honorationem quouis modo. Et hinc distanti secundo, quod secundum primam extrinsecam dicuntur honorari, iuxta secundam autem extrinsecam non nisi abusu, & communicando in nominibus cum uulgo dicuntur honorari: quod autem horum uerius sit, inferius patebit. Sed hinc quamuis non habeatur ab Auctore prima opinio de uerbo ad uerbum, satis tamen insinuat cum dicitur, quod totum honoratur in partibus, & quod per hunc modum homo honoratur in exteriori, ut ueste, imagine, aut nuntio. Clare autem aperitur inferius hęc sententia, cum non solum dicitur, quod imago aut crux adoranda est, sed exprimitur terminatiue, dicendo motum in imaginem & personam esse unum: si enim motus est in imaginem, imago ipsa nonnullus terminus est motus. Est ergo prima opinio Auctoris, inferius discutienda: nunc autem prælibata hęc sint, ut scias dubitare & discernere.

¶ Super

ARTICVLVS II.

Vtrum humanitas Christi adoranda sit adoratione latræ.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod humanitas Christi non sit adoranda adoratione latræ: quia super Psalm. 98. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, dicit Glof. Caro a Verbo Dei assumpta, sine impietate adoratur a nobis, quia nemo carnē eius spiritualiter māducat, nisi prius adoret: non illa dico adoratione quæ latræ est, q̄ soli Creatori debetur: caro autē Christi est pars humanitatis. ergo humanitas Christi non est adoranda adoratione latræ.

¶ 2 Præterea, Cultus latræ nulli creaturæ debetur: ex hoc enim reprobantur gentiles, quod coluerunt, & seruierunt creaturæ, vt dicitur Romanorum primo: sed humanitas Christi est creatura. ergo non est adoranda adoratione latræ.

¶ 3 Præterea, Adoratio latræ debetur Deo in recognitionē maximi dominij, secundum illud Deuter. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies: sed Christus, secundum quod est homo, est minor patre. ergo humanitas eius non est adoratione latræ adoranda.

SED CONTRA est, quod Damasc. dicit in 3. lib. * Adoratur autem caro Christi incarnato verbo Deo nō propter seipsam: sed propter vnitum ei secundum hypostasim verbū Dei. Et super illud Psal. 98. Adorate scabellum pedū eius, dicit glo. ¶ Qui adorat corpus Christi, non terram intuetur, sed illū potius, cuius scabellum est, cuius in honore scabellum adoratur: sed Verbum incarnatū adoratur adoratione latræ, ergo & corpus ei⁹, siue eius humanitas.

RESPONDEO. Dicendū, q̄ sicut supra dictum est, * honor adorationis proprie debetur hypostasi subsistenti: tamē ratio honoris potest esse aliquid non subsistens, propter quod honoratur persona, cui illud inest. Adoratio igitur humanitatis Christi, dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt sit eius, sicut rei adorata: & sic adorare carnem Christi, nihil est aliud, quam adorare verbum Dei incarnatum, sicut adorare vestem regis, nihil est aliud, quam adorare regem vestitum. Et sic

Ad hoc, adoratio humanitatis Christi est adoratio latræ. Alio modo, potest intelligi adoratio humanitatis Christi, q̄ fit ratione humanitatis Christi, p̄fectæ omni munere gratiarū, & sic adoratio humanitatis Christi non est adoratio latræ, sed adoratio dulciæ, ita scilicet, q̄ vna & eadem persona Christi adoretur adoratione latræ, propter suam diuinitatem, & adoratione dulciæ, propter perfectionem humanitatis. Nec hoc est inconueniens, quia ipsi Deo patri debetur honor latræ p̄pter deitatem, & honor dulciæ propter dominium, quo gubernat creaturā. Vnde super illud Psal. 7. Domine Deus meus in te speraui, dicit glo. * Domine omnium, per potentiam, cui debetur dulciæ: Deus omnium per creationem, cui debetur latræ.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ glo. illa non est sic intelligenda, quasi seorsū adoretur caro Christi ad eius diuinitate: hoc enim cōtingeret solū hoc modo, si esset alia hypostasis Dei, & hominis: sed quia, vt Dam. ¶ dicit, si diuidas subtilibus intelligentijs quod videtur, ab eo qd̄ intelligitur, inadorabilis est, ut creatura, scilicet, adoratione latræ. Et tunc sic intellecta, ut separata a Dei verbo deberetur si bi adoratio dulciæ, non cuiuscūque (puta, quæ communiter exhibetur alijs creaturis) sed cuiusdam excellentioris, quam hyperdulia vocatur.

Et per hoc etiā patet responsio ad secundum, & tertium, quia adoratio latræ non exhibetur humanitati Christi ratione sui ipsius, sed rōne diuinitatis, cui vnitur, secundum quam Christus non est minor patre.

ARTICVLVS II.

Vtrum imago Christi sit adoranda adoratione latræ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod imago Christi non sit adoranda adoratione latræ. Dicitur enim Exodi 20. Non facies tibi sculptiles, neq; omnem similitudinem: sed nulla adoratio est facienda contra Dei præceptum. ergo imago Christi non est adoranda adoratione latræ.

¶ 2 Præterea, Operibus gentilium non debemus cōmunicare, ut Tertia S. Thomæ.

ra persuasio ex verbis Glossarum, ad tollendam admirationē. Materia enim hæc de se clarissima est: nam liquet personam Christi ratione diuersam natura, un diuersimode honoratam. Sed ut nonnulla consonantia veritatis huius ad priscos monstraretur, allatum est illud quasi simile, de persona Patris.

In hoc articulo, & specialiter in responsione ad primum, vide quod acceptum communionem sacram, aut sacrificio missæ assistentes, tam corpus, quam sanguinem Domini, cum adorare nos experimur adoratione latræ: nam ut Deum summe honoramus non distinguendo inter corpus & eum, cuius est corpus: dicendo, domine non sum dignus, & alias similes orationes. Adorationem sequidem dulciæ Christo debitam ratione humanæ nature, Ecclesia in mente retinet, non in usu, ad eum rados (ut dictum est) errores.

¶ Super Questionis vigesima quinta Articulum tertium.

¶ Super Questionis vigesima quinta Articulum tertium.

Titulus clarus est. In corpore articuli, duo sunt. Primo, in communi determinatur de duplici motu in imaginem, secundo, in speciali respondetur quæsto una conclusione.

Quo ad primum ex Aristotelis auctoritate distinguitur motus animæ, in imaginem duplex: vnus, ut in rem, alter, ut in imaginem. Primus est alius a motu in rem representatam: secundus est vnus, & idem cum motu in rem representatam. Quo ad secundum conclusio responsiua est, Imago Christi est adoranda adoratione latræ. Probat, Imagini Christi exhibetur reuerentia, & non ut N est

¶ Super Questionis vigesima quinta Articulum secundum. Titulus clarus. In corpore articuli cum distinctione respondeatur duobus conclusionibus. Prima est, Humanitas Christi vt res adorata, est adoranda adoratione latræ. Probatur, quia ipsam sic adorant, nihil aliud est quam Verbum incarnatum adorari. Probatur hoc a simili, sicut adorare vestem regis, est adorare regem vestitum. Secunda est, Humanitas Christi, vt ratio adorandi, non est adoranda adoratione latræ, sed dulciæ: hoc est, persona Christi honoranda est dulciæ ratione humanitatis, plene gratiæ, &c. Declaratur hoc non esse inueniens ex persona patris, quæ latræ & dulciæ adoratur. Aduerte hic duo. Primum est, quod adorari vt rem adorantem, contingit dupliciter: vel per se, vel per aliud. Et propterea persona Christi per se adoratur latræ, quia p̄ deitate, quæ est ipsa personalitas: per aliud vero dulciæ, quia per humanitatem, quæ est aliud ab ipsa. Et contra humanitas Christi per aliud adoratur latræ: per se autem non, sed dulciæ, vt ratio tamen adorandi. Et hec omnia in litera habentur, quamuis dicta distinctio non formaliter explicetur, sed ipsa Auctor viatur. Secundum est, q̄ licet dulciæ, qua persona patris honoratur propter potentiam, & dulciæ, qua persona Filij ratione humanitatis adoratur, non omnino sint eadem, quia illa est dulciæ communiter sumpta ad species dulciæ, & latræ: illa vero est species dulciæ distincta contra latræ (sicut dispositio est genus ad dispositionem, & habitum) licet inquam ita sit, non officit rationi processui literæ.

Ps. 7. Inter linearibid.

Li. 4. c. 3. circa princ.

1. 2. q. 1. a. 2. ad 3. & q. 49. ar. 2. ad 1. & inf. ar. 4. cor. & ar. 5. ad 2. & 3. dif. 9. q. 1. ar. 2. q. 2.

Est res quedam, ergo ut imagini, ergo eadem reuerentia, quae Christo exhibetur, ergo est adoranda adoratione latræ. Antecedens pro prima parte experientia testatur. Pro secunda probat littera, quia reuerentia non nisi rationali naturæ debetur. Prima consequentia probatur ex sufficienti distinctione motus animæ in imaginem: destruo enim altero membro reliquum optime inferitur. Secunda autem consequentia probatur ex eadem Aristotelis doctrina, quia motus in imaginem ut sic, est unus cum motu in rem representatam. Tertia demum consequentia probatur, quia Christus adoratur adoratione latræ.

¶ 4 Præ. Christo debetur adoratio latræ ratione diuinitatis, non ratione humanitatis: sed imaginis diuinitatis eius, quæ est animæ rationali impressa, non debetur adoratio latræ, ergo multo minus imaginis corporali, quæ representat humanitatem ipsam.

¶ 4 Præ. Nihil videtur esse in cultu diuino faciendum, nisi quod est a Deo institutum. unde & Apostolus. 1. ad Cor. 11. traditur doctrinam de sacrificio Ecclesiæ, dicit, Ego accepi a domino quod & tradidi uobis: sed nulla traditio in Scriptura inuenitur de adorandis imaginibus. ergo imago Christi non est adoranda adoratione latræ.

SED CONTRA est, quod Damascinus inducit Basilium dicentem, * Imaginis honor ad prototypum

¶ 4. e. 17. nõ
hõge a prin.

appetitum partis. Eadem quippe intellectione cognoscitur imago & imaginatum: quia unum relatiuorum definit reliquum. Et si quis definite nouit unum correlatiuum, definite nouit reliquum, ut dicitur in Prædicamentis. Quicumque autem amat patrem, non propterea amat filium.

Ex parte uero imaginis, quia imago ut imago, est relatiuum: nulla autem relatio realis creatæ, aut rationis, adoranda est adoratione latræ.

Ex parte autem unitatis, quia uel intelligitur de motu uno simpliciter, uel secundum partem, seu aliquid: non de motu uno simpliciter, quia falsum diceretur. Nam motus in rem secundum se immediate, & in illammet mediante sua imagine, non est omnino idem, ut patet. Si secundum aliquid, tunc ex hac propositione non inferitur propositum, quia ex motus unitate secundum quid, non sequitur unitas specifica adorationis imaginis, & exemplaris, quæ tamen in littera inferitur, quia latræ adoranda imago Christi dicitur, quia Christus adoratur.

Dubium rursus circa processum eundem ex Durand. in 3. sententiarum. dist. 9. q. 2. occurrit. Nam primo impugnat processum hunc ex eo quod aliud est, motum in imaginem & rem esse unum, & aliud imaginem & rem esse unum. Primum enim est uerum, secundum falsum, nam sunt correlatiua quæ licet simul apprehendantur, dicuntur tamen & sunt diuersa, relatiui enim esse est ad aliud se habere. Ad propositum autem oporteret imaginem & rem esse unum, seu unius rationis, si adoratio rei deberet exhiberi imagini.

Deinde dicit, quod imago Christi, nec ut res, nec ut imago, proprie loquendo, adoranda est latræ, quia latræ soli Deo debetur per se, & cõiunctis sibi (ut humanitati Christi) per accidens: imago autem, ut imago est creatura, est extrinseca a Deo, & ideo nec per se, nec per accidens, terminus est adorationis latræ.

Tertio dicit, quod commune dictum, quod auctor in littera tradit, est improprie dictum, & exponendum est, quia res cognita, seu rememorata per imaginem, ad presentiam imaginis adoratur, ac si esset in se præsens, non quod adoratio ad imaginem aliquo modo terminetur.

Ad horum euidenciam, sciendum est, quod distinctio in littera

posita ex Aristotele, de imagine ut est res quedam, & ut est imago, potest dupliciter intelligi.

¶ Primo, ut distinguatur imago in imaginem materialiter, uel formaliter, puta in aurum, uel figuram seu relationem. Et consequenter quod dicimus adorari imaginem Christi non secundum materiam, sed secundum formam, hoc est figuram Christi, uel relationem ad Christum. Et hic sensus acceptus uidetur cõmuniter, quamquam memini. Et quoniam tam figura, quæ relatio, longe est a creatoris natura, ideo aut falso aut improprie dictum putatur, quod imago Christi sit adoranda, adoratio latræ.

¶ Sed hunc sensum longe esse a uero sensu Aristotelis & Auctoris, patet ex duobus. Primo, quia imago ut res quedam comprehendit imaginem, & secundum materiam, & secundum formam, ut quedam res est: imago enim Cæsarum sumitur, ut res quedam ex parte materiae si fumatur ut marmorea, aut aurea. Et similiter sumitur ut res quedam ex parte forme si fumatur ut secundum talia lineamenta, colores, &c. uel ut relatio quedam sine

realis, siue rationis. Hæc enim omnia sub uno membro distinctionis comprehenduntur, scilicet sub imagine, ut res quedam est, licet exempla denur de materia: quia manifestus habet rationem cuiusdam rei. Secundo, ex eo quod motus in imaginem ut est figura quedam uel relatio, non est unus cum motu in rem, sed diuersus ab illo. Sicut enim intellectus, & affectus in figure, & relationis consideratione, & complacentia, ut patet, dum alicui forma ipsius figuræ placet, uelletque illam relationem habere ad se, uel aliquem suorum, ex quo est ita pulchra. Est enim tunc motus animi in imaginem formaliter, & tamen non in rem: immo oppositum motum habet quandoque ueris rem, puta, quia displicet, quod imago tam pulchra, sit imago illius, cuius est.

¶ Est igitur secundo modo intelligendum, quod res contra imaginem distinguatur quo ad utriusque proprium actum, ita quod imago terminat motum ut res, quatenus exercet actum rei cuiusdam, ut res est: & similiter terminat motum, in quantum imago, quatenus exercet actum imaginis: Et quia res ut res in se, est quedam entitas, ideo tunc terminat ut res, quando ratione sui siue formaliter, siue materialiter terminat. Et quia imago tunc tantum exercet actum imaginis, quando ratio eius actus est

exemplar, ipsa autem est conditio agentis: sic enim tantum motus tam apprehensiuus quam appetitiuus in ipsam, ad exemplar suum terminatur, ideo motus in imaginem, quatenus est imago, est in ipsam quidem, sed secundum aliud in ipsa: in ipsam quidem, quia ipsa est, quæ exercet actum terminandi motum, quia in ipsa est exemplar ad quod ducit. Secundum aliud uero in ipsa, quia ratio terminandi est exemplar quod est aliud ab ipsa, & constat quod est in ipsa. Ex his autem est facile perspicere, & efficaciam processus litteræ, & ueritatem doctrine eius, & causam defectus aliorum declinantium: habetur siquidem hinc, quod motus adorationis, quo imago Christi ueneratur, terminatur ad imaginem Christi, & uere & proprie loquendo, Et quia terminatur ad ipsam, non quatenus est res hoc est non quatenus exercet actum rei in se, siue secundum rem, quæ est forma siue secundum rem quæ est materia, sed quatenus est imago, hoc est, quatenus exercet actum imaginis, ideo Christus, cuius est imago, est rō quod imago eius adoratur, & est Christum

Am in imagine, est conditio, in qua ratio adorandi monet ad adorandum, & terminat adorationem. Et propterea non exhibetur adorationis honor creature, sed creatori: quia non exhibetur conditioni adoratae rei, sed rationi adorandi, quod est ipse Christus. Et hoc est quod in littera dixit Auctor, quod per hunc modum, scilicet quod totum in parte honoratur, adoratur etiam quis in imagine. Habes & fallum intellectum Aristotelicę propositionis, causa fuisse adorandi.

Ad obiecta contra dictam propositionem ex parte motus, iam patet quod vera est de utroque motus genere, scilicet appetitui & apprehensivi: quoniam impossibile est intelligere aut colere imaginem, ut exercet imaginis actum, nisi terminus apprehensionis, vel appetitus sit res representata, quia ipsa est tunc ratio terminandi utrumque motum. In æquivoquo quoque laborant obiecta ex parte imaginis: quoniam, ut iam patet, ignorant imaginem ut exercet imaginis actum, quæ cum adoratur, nõ relatio, nec figura, sed persona adoratur representata imagine, ut in conditione in qua adoratur.

Ad obiecta ex parte unitatis dicitur, quod est sermo de unitate simpliciter, hoc est specifica, quia est sermo de unitate motus secundum per se primo terminum, ex quo unitas specifica motus sumitur. Nec obstat differentia penes esse sine medio vel cũ medio, quia non inveniuntur hic medii ex parte termini, sed solum secundum conditionem diversam eiusdem termini: eadem scilicet personam representatam, terminat formaliter motum vel in seipsa, vel in sua imagine. Conditiones autem, quia non variant speciem termini, consequenter nec speciem motus in terminum.

Ad obiecta autem Durandi dicitur, quod sane intellecta imagine ut imagine, imago & representata res, sunt idem, quod ad formalem rationem terminandi motum (quod ipse non vidit) & ideo optime infertur, quod honor exhibitus rei, exhibendus est imagini. Error enim fuit, quia non est intellectum quid importat imago, ut imago in actu exercito.

Ad aliam obiectionem eiusdem dicitur, quod imago Christi, proprie loquendo, est adoranda adoratione latriæ, quæ soli Creatori debetur. Distinctio autem ab obiectante inducta, de per se, vel per accidens coniuncto refutanda est, ut insufficientiens. Distinguitur siquidem in primo articulo huius questionis honorari ut rem honoratam, dupliciter, vel secundum se, vel secundum aliud. Et ad secundum modum, ut ibi dicitur, & declaratum est, spectat adorari personam in sua imagine: exhibetur si quidem Christi imagini latriæ, ut termino secundum Christum in ipsa, vel Christo in sua imagine, quorum neutrum est aliud, quàm exhibere latriam Creatori Iesu Christo.

Ad tertium eiusdem dicitur, quod Auctoris & commune dictum est proprie dictum, & non est ob ignorantiam quorundam, inter impropria locandum, ut obiciens facit. Cuius error ex hoc potest convinci, quod si imago Christi non nisi quia ad memoriam, aut cognitionem reducit Christi, adorari dicitur, posset pari ratione quælibet res, quatenus reducit in memoriam Christi, adorari adoratione latriæ. Et si hoc ponas in practica, percipies, & videbis quod Ecclesia non ideo imaginem Christi adoratur, quia fecit sibi eam signum rememorativum Christi: sed quia imago Christi adoranda latriæ est, ideo eam adoratur. Si autem esset huiusmodi adoratio, nõtra lege, aut consuetudi-

ne posita, scilicet istiusmodi rememorativis, quis Ecclesiam a iudeorum priscorumque quorundam imaginum cultui detrahentium moribus eripisset? quis iuste damnasset lætæ maiestatis, iniurias in imaginibus principum? Monstrant hæc, imagines, quia imagines honorandas, aut de honorandas esse.

potest, in sui imagine corporali, adorari.

AD SECUNDUM dicendum, quod Apostolus prohibet operibus infructuosis gentilium communicare: communicare autem vtilibus eorum operibus, Apostolus non prohibet. Adoratio autem imaginum est inter infructuosa opera computanda, quantum ad duo. Primo quidem, quatum ad hoc, quod quidam eorum adorabant ipsas imagines ut res quasdam, credentes in eis esse aliquod numen propter responsa, quæ demones in eis dabant, & alios huiusmodi effectus mirabiles. Secundo, propter res, quarum erant imagines: stantebant enim huiusmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis veneratione latriæ venerabatur. Nos autem adoramus adoratione latriæ imaginem Christi, qui est verus Deus, non propter ipsam imaginem, sed propter rem, cuius imago est, sicut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod creaturæ rationali debet reverentia

tripliciter posse formari imagines Dei, seculo incarnationis mysterio. Primo, ut res divina figuretur per imagines. Et sic, inipientia quo ad partem apprehensivam, & impietatis secundum partem appetitivam, est figurare quod divinum est, ut Damasc. dicit. Et hæc ratione damnantur imagines Dei, ut Deus est, & ingerunt erroneam de Deo opinionem. Et hoc modo in Ecclesia Dei constat non haberi imagines Dei.

Secundo, ut species Dei in scripturis tradite figurentur: sicut cum depingitur Spiritus sanctus in forma columbæ, non ut Spiritus sanctus figuratus lineamentis columbæ monstretur, sed ut species in qua apparuit Spiritus sanctus, figurata monstretur. Et hoc frequenti usu Ecclesia passim efficit & de Deo, & de Christo, & de angelis, & de sanctis, ut patet cum Deus depingitur imaginibus specierum, in quibus usus dicitur in testamento veteri, ut in forma senis antiqui, scilicet dicitur, Daniel. & Christus in forma agni, & angeli, cum sex alis, & Euãgeliste in forma quatuor animalium. Et hæc non solum pinguntur, ut ostendantur, sicut Cherubim olim in templo, sed ut adorerentur, ut frequens usus ecclesiæ testatur.

Tertio, ut ex similibus apud nos etiam factis, ad insignificabilia ascendamus: sicut angelorum imaginem, factus nunc uenem pulchrum, alatum, cum diademate, non quod talis sit angelus, sed ut uel ex simili sibi natura, scilicet humana (apposita sanctitate per diademata, & iuvenute pro perfectione, & alis coniectis cum celeritate) uel sic ex sensibilibus ad insensibilia venerando ascendamus. Et hoc modo, alicubi Spiritus sanctus in forma senis, orbem pugillo concludentis, & cetera figuratur. Hic autem tertius modus factis propinquus est ritui paganorum, figurantium Deum diversimode, prout causa est diversorum effectuum, ut in forma Mineræ ratione sapientiæ, & huiusmodi.

His præmissis sciendum est, quod figurare divinum primo modo, est actus ex suo genere malus moraliter, quia cadit super repugnante materia: repugnat siquidem deitati figurabilem esse. Figurare autem Deum secundo vel tertio modo ad actum instructionis, est actus ex suo genere bonus, quoniam naturale est homini per sensibilia discere insensibilia. Unde picture eodices sunt populorum, sicut libri, in quibus per hæc sensibilia

Tertia S. Thomæ. N. 2. docet.

In responsione ad primum eiusdem articuli, circa imagines Dei, dubium occurrit, an sint licite. Et est ratio dubij, quia auctoritas Damasceni in littera damnat illas in sapientia, & impietatis. Et eadem est ratio nunc de deitate, quæ erat in veteri lege, quo ad rem figurabilem vel non, secundum se constat autem in veteri lege, imagines Dei esse prohibitas: occasio quoque falsæ opinionis de Deo ex imaginibus, eadem ubique est. Unde non desunt doctores reprehendentes imagines sanctæ Trinitatis.

In oppositum autem est Ecclesiæ usus, admittens Trinitatis imagines, representantes non solum filium incarnatum, sed Patrem ac Spiritum sanctum. Ad sunt & litteræ huius verba sonantia, quod postquam Deus est incarnatus, potest adorari in imagine.

Ad huius rei certam aduertendum est.

In corpore.

est quaedam res Christi. Parant mihi Dominum istum retractant, sed magnificavit hic Auctor doctrinam ibi traditam, quoniam crucem illam ut quandam Christi rem per contactum, ibi hyperdulia, hic latria adorandam dixit. Hoc enim patet non esse reuocacionem dicti, quod crux illa ut quaedam Christi res est veneranda, sed magnificacionem illius dum ad hyperdulia ad latriam ascenditur.

Super Quaestione septimaque articulum quintum.

In corpore articulo unica est coclutio, habens duas partes, beata virgo est adoranda non latria, sed hyperdulia. Probatur primo pars negativa. Nulli rei venerabili secundum se, nisi soli Deo debetur latria, ergo nulli purae creaturae rationali, ergo beatae Virgini non debetur latria. Antecedens in illa paritula, venerabili secundum se, excludit & creaturas insensibiles (quales sunt imagines, & crucis, quae non sunt secundum se venerabiles) excludit & humanitate Christi, quae secundum se non est venerabilis, ut res adorata, ut patet ex dictis superius. Ambo enim adoratur latria, ut patet ex antecedentibus, & ideo in latria apponitur hyperdulia, cum dicitur pura creatura. Consequentia prima probatur, quia creatura rationalis est capax secundum se honoris: secunda autem, quia beata Virgo, est pura creatura rationalis Secunda autem pars probatur, quia veneranda est eminentius creaturis ceteris, quia est mater Dei.

In hoc articulo, & specialiter in responsione ad tertium, dubium occurrit, quia non debet esse minoris conditionis res veneranda secundum se & secundum aliud, quam si esset solum veneranda secundum aliud, quoniam venerabilitas secundum se, non est conditio diminuens rationem venerabilitatis: sed beata Virgo si non esset venerabilis secundum se, sed solum rationis Christi, ut dicitur, adoraretur la-

trina non minus quam crux Christi, quia intrinsece fuit illi coniuncta, ergo etiam nunc ut res coniuncta Christo, adoranda est latria, & secundum se ipsam, hyperdulia. Et confirmatur, quia iam dictum est, quod non inconuenit vnam & eandem personam adorari duplici adoratione.

Ad hoc dicitur, quod licet venerabilitas secundum se, non distrahatur rationem venerabilitatis, immo est perfectior differentia eius, distrahatur tamen rationem venerabilitatis ratione alterius, ita quod venerabile ratione alterius, distrahatur per venerabile secundum se. Exemplum, per se subsistere non distrahatur rationem entis, sed est perfectior illius modus, sed distrahatur rationem entis in alio, puta, accidentis. Et ideo cum latria inter creaturas debeat soli venerabili ratione alterius, consequens est quod quodcumque creatum est secundum se venerabile, non sit ratione alterius venerabile latria. Et si contra hoc infertur, quod distractio ista est vera in essentialibus, non autem in accidentaliter coniunctis, qualiter iunguntur duae rationes adorabilitatis, in una persona, respondeatur, quod nos non sumus oppositum, sed respondemus argumento de conditione distrahente. Ad materiam autem dicimus, cum Auctore in articulo tertio, ad tertium, quod occasio erroris vitanda facit ut rationalis creatura non adoretur, ut imago Dei: & pariter ratione, ut res coniuncta Christo, ne scilicet, motus adorationis sistat in rationali natura secundum se. Quocirca, sicut personam Christi, non nisi latria veneramus, ad euitandum errorem recurrentium ad Christum, ut puram creaturam, ita personam beatae Virginis sola hyperdulia honoramus, ad euitandum errorem eorum, qui latriam terminarent: ad beatam Virginem secundum se. Non enim plebs tantum penetraret, ut

tria non minus quam crux Christi, quia intrinsece fuit illi coniuncta, ergo etiam nunc ut res coniuncta Christo, adoranda est latria, & secundum se ipsam, hyperdulia. Et confirmatur, quia iam dictum est, quod non inconuenit vnam & eandem personam adorari duplici adoratione.

24. Ideoq; mulieribus dixit angelus, Iesum quaeritis Nazarenum crucifixum: non dixit lanceatum, sed crucifixum. Et inde est quod crucem Christi veneramus in qua cumq; materia, non autem imaginem clauorum, vel quorumcumque huiusmodi.

ARTICVLVS V. Vtrum mater Christi sit adoranda adoratione latriae.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur quod mater Dei sit adoranda adoratione latriae. Videtur enim idem honor esse exhibendus matri regis, & regi, unde dicitur 2. Reg. 2. quod positus est thronus matri Regis, quae sedit ad dexteram eius. Et Aug. dicit in serm. de Assumptione, *Thronum Dei, & thalamum Domini caeli, atq; tabernaculum Christi dignum est ibi esse, ubi est ipse: sed Christus adoratur adoratione latriae, ergo & mater eius.

¶ 1. Præter Dam. dicit li. 4. lib. q. honor matris refertur ad filium: sed filius adoratur adoratione latriae, ergo & mater.

¶ 2. Præter Coniunctior est Christo mater eius, quam crux: sed crux adoratur adoratione latriae, ergo & mater Christi est adoratione latriae adoranda.

SED CONTRA est, quod mater Dei est pura creatura, non ergo ei debetur adoratio latriae.

RESPON. Dicendum, quod quia latria soli Deo debetur, nulli creaturae debetur latria, prout creaturam secundum se veneramus. Licet autem creatura insensibiles, non sint capaces venerationis secundum se ipsas, creatura tamen rationalis est capax venerationis secundum se ipsam. & ideo nulli purae creaturae rationali debetur cultus latriae. Cuius igitur beata Virgo sit pura creatura rationalis, non debetur ei adoratio latriae: sed solum veneratio dulcia, eminentius tamen quam ceteris creaturis, in quantum ipsa est mater Dei, & ideo dicitur quod debetur ei non qualiscumque dulcia, sed hyperdulia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod matri regis non debetur equalis honor honoris, quod debet regi: Tertia S. Thomae.

Ad hoc dicitur, quod licet venerabilitas secundum se, non distrahatur rationem venerabilitatis, immo est perfectior differentia eius, distrahatur tamen rationem venerabilitatis ratione alterius, ita quod venerabile ratione alterius, distrahatur per venerabile secundum se. Exemplum, per se subsistere non distrahatur rationem entis, sed est perfectior illius modus, sed distrahatur rationem entis in alio, puta, accidentis. Et ideo cum latria inter creaturas debeat soli venerabili ratione alterius, consequens est quod quodcumque creatum est secundum se venerabile, non sit ratione alterius venerabile latria. Et si contra hoc infertur, quod distractio ista est vera in essentialibus, non autem in accidentaliter coniunctis, qualiter iunguntur duae rationes adorabilitatis, in una persona, respondeatur, quod nos non sumus oppositum, sed respondemus argumento de conditione distrahente. Ad materiam autem dicimus, cum Auctore in articulo tertio, ad tertium, quod occasio erroris vitanda facit ut rationalis creatura non adoretur, ut imago Dei: & pariter ratione, ut res coniuncta Christo, ne scilicet, motus adorationis sistat in rationali natura secundum se. Quocirca, sicut personam Christi, non nisi latria veneramus, ad euitandum errorem recurrentium ad Christum, ut puram creaturam, ita personam beatae Virginis sola hyperdulia honoramus, ad euitandum errorem eorum, qui latriam terminarent: ad beatam Virginem secundum se. Non enim plebs tantum penetraret, ut

In libro de a& sumpt. B. Mariae, c. 6. circa med. to. 9.

Lib. 4. ca. 19. post med.

adoraret latria Christum in beata Virgine: & scilicet adoraret hyperdulia ipsam secundum se beatam Virginem, sine qua discretione error accideret. & ideo simpliciter dicitur, quod non est adoranda latria, sed hyperdulia.

In argu.

¶ Super Quaestio. 25. Articulum sextum.

Tritulus hic clarissimus est.

Art. praec.

In corpore articuli, unica est conclusio dupliciter probata. Conclusio est, Reliquias sanctorum qualescumque congruo honore venerari debemus, & praecipue eorum corpora. Probat primo: Affectus alicui venerari etiam illa, quae de ipso post mortem relinquuntur; sed sanctos Dei veneramus, ergo eorum reliquias venerari debemus. & praecipue eorum corpora. Maior probatur auctoritate Augustini. Minor probatur ex quatuor: 1. quia sancti sunt Christi membra, quia Dei filij, 2. quia amici, quia nostri intercessores. Pars autem specificata in conclusione. I. praecipue eorum corpora, manifestatur ex tribus: 1. quia Spiritus sancti inhabitantis: quia organa Spiritus sancti operantis per ea fuerunt: quia sunt corpora Christi configuranda. Secundo probatur conclusio, quia Deus sanctorum reliquias honorat miraculis, ergo & nos debemus honorare.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Ca. 73. in pr. habetur iter opera, Aug. 20. 3.

Lit. cap. 13. 20. 5.

debetur tamen ei quidam honor consimilis ratione cuiusdam excellentiae. Et hoc significant auctoritates* inducta.

AD SECVNDVM dicendum, quod honor matris refertur ad filium, quia ipsa mater est propter filium adoranda: non tamen eo modo, quo honor imaginis refertur ad exemplar, quia ipsa imago prout in se consideratur ut res quedam, nullo modo est veneranda.

AD TERTIVM dicendum, quod crux non est capax uenerationis prout in se consideratur, ut dictum est: sed beata Virgo secundum se ipsam est uenerationis capax, & ideo non est similis ratione.

ARTICVLVS VI.

Utrum reliquiae Sanctorum sint adorandae.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod sanctorum reliquiae nullo modo sint adorandae. Non enim est aliquid faciendum, quod possit esse occasio erroris: sed adorare mortuorum reliquias videtur ad errorem Gentilium pertinere, qui mortuis hominibus honorificentiam impendebant, ergo non sunt sanctorum reliquiae adorandae.

¶ 2. Praet. Stultum videtur re insensibilem venerari: sed sanctorum reliquiae sunt insensibilia corpora, ergo stultum est eas venerari.

¶ 3. Praet. Corpus mortuum non est eiusdem speciei cum corpore viuo, & per consequens non videtur esse numero idem, ergo videtur quod post mortem alicuius sancti corpus eius non sit adorandum.

SED CONTRA est, quod dicitur in li. de Ecclesiast. dogmatibus. Sanctorum corpora, & praecipue

beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissime honoranda. f. credimus. Et postea subditur, Si quis contra hanc sententiam velit esse, non christianus, sed Eugnominianus & Vigilantianus creditur.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit in li. de ciuit. Dei. Si paterna uestis & anulus, ac si quid est huiusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes est maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quae vtrique multo familiarius atque coniunctius, quam quaelibet indumenta gestamus, haec enim ad ipsam naturam hominis pertinent. Ex quo patet, quod qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quae de ipso post mortem relinquuntur, veneratur, non solum corpus aut partes corporis eius, sed etiam aliqua exteriora, puta, vestes, & similia. Manifestum est autem, quod sanctos Dei in ueneratione habere debemus, tamquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et

ideo eorum reliquias qualescumque, honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, & praecipue eorum corpora, quae fuerunt templa, & organa Spiritus sancti in eis habitantis, & operantis, & sunt corpora Christi configuranda per gloriosam resurrectionem. Unde & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum praesentiam miracula faciendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod haec fuit ratio Vigilantij, cuius verba introducit Hiero. in lib. quem contra eum scribit, dicens. Prope ritum Gentilium videmus sub praetextu religionis introductum, puluisculum nescio quem in modico vasculo, pretioso linteamine circumdatum osculantes adorant. Contra quem Hiero. dicit in Epistola ad Riparium. Nos non dico Martyrum reliquias, sed nec solem nec lunam nec Angelos adoramus. Adoratione latria: honoramus autem reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres, adoremus: honoramus seruos, ut honor feruorum redundet ad dominum. Sic ergo honorando reliquias sanctorum, non incidimus in errorem gentilium, qui cultum latria mortuis hominibus exhibebant.

AD SECVNDVM dicendum, quod corpus illud insensibile non adoramus propter se ipsum: sed propter animam, quae fuit ei unita, quae nunc fruatur Deo, & propter Deum, cuius fuerunt ministri.

AD TERTIVM dicendum, quod corpus mortui alicuius sancti non est idem numero, quod primo fuit dum viueret, propter diuersitatem formae, quae est anima: est tamen idem, identitate materiae, quae est iterum suae formae unida.

QVAESTIO XXVI.

Super Quaestione vigesima sexta Articuli primum.

De eo, quod dicitur mediator Dei, & hominum dicitur, in duos articulos diuisa.

Tritulus clarissimus est.

DE INDE considerandum est de hoc, quod dicitur Christus Dei, & hominum mediator.

Et circa hoc quaeruntur duo. Primo, Utrum esse mediatorem Dei, & hominum, sit proprium Christo. Secundo, Utrum hoc conueniat ei, secundum humanam naturam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum esse mediatorem Dei & hominum, sit proprium Christo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod esse mediatorem Dei, & hominum, non sit proprium Christo. Sicut, n. sacerdos, ita & propheta videtur esse mediator inter Deum & homines: sicut illud Deut. 5. Ego illo tempore sequester fui & medius inter Deum & vos: sed esse prophetam, & sacerdotem, non est proprium Christo, ergo etiam esse mediatorem. ¶ 2. Praet. Illud, quod conuenit angelis bonis & malis, non potest dici esse proprium Christo: sed esse me-

In corpore articuli, sunt duae conclusiones. Prima est, esse mediatorem inter Deum, & homines, simpliciter seu per se etiam, est proprium Christo. Secunda est: Nihil prohibet alios dici mediatores secundum quid, scilicet, dispositiue vel ministerialiter. prima conclusio probatur: Vniue homines Deo, perfectiue conuenit soli Christo. ergo solus Christus est perfectus mediator Dei & hominum. Antecedens probatur: quia per mortem suam mundum Deo reconciliauit: & Apostolus dicit, Deus erat in Christo mundum, sibi reconcilians. Consequentia vero probatur: & ratione: quia mediatoris officium est mediare, inter eos, inter quos est mediator. probatur: quia in medio uniuertur